

Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?

✠ Lécctio sancti Evangélii secúndum Lucam 1, 39-45

³⁹ **E**xsúrgens María in diébus illis
ábiit in montána cum festinátione in civitátem Iudæ
⁴⁰ et intrávit in domum Zachariæ et salutávit Elísabeth.
⁴¹ Et factum est ut audívit salutatiónem Mariæ Elísabeth,
exsultávit infans in útero eius,
et repléta est Spírítu Sancto Elísabeth
⁴² et exclamávit voce magna et dixit:
«Benedícta tu inter mulíeres,
et benedíctus fructus ventris tui.
⁴³ Et unde hoc mihi, ut véniat mater Dómini mei ad me?
⁴⁴ Ecce enim
ut facta est vox salutatiónis tuæ in áuribus meis,
exsultávit in gáudio infans in útero meo.
⁴⁵ Et beáta quæ crédidit,
quóniam perficiéntur ea, quæ dicta sunt ei a Dómino».

Verbum Dómini.